

Secundo sic. Adveritū cōsistit i caritate. q̄ sanctus mathias n̄ p̄ virtutē humilitatis
meruit vocari apostolatū. In oppositū videt̄ euāgelii. vbi dicit̄. Consecor tibi
pater qz abscondisti haec a sapientib⁹ et prudentib⁹. sed sup̄bis et revelasti ea
puulis. id ē humilibus. Prover. xj. Ubi humilitas ibi sapientia. Mathias in
terpretat̄ humilis et paruulus. Respondeo dicendū q̄ beatus mathias meruit
puehi ad apostolatū p̄ virtutē humilitatis caritate informate. Job xxij. Qui
humiliat⁹ fuerit erit i gloria. Et puer. xv. Gloria p̄cedit humilitas. Et Lu
ca. xij. Qui se humiliat exaltabit. Et p̄ multas alias virtutes quibus plen⁹ fu
it. Erat em̄ vt dicit̄ i historia sua. de illustri p̄ sapia oriundus. qui litteris tradi
tus omnē in breui legis et p̄phetaz scientiā apprehendit lasciviā q̄ abhorrens
pueriles annos mox maturitate vincebat Informabat qz animus ei⁹ ad vir
tutem vt esset ad intelligentiā habilis. ad miā facilis. in p̄speris nō elatus.
in aduersis cōstans. et intrepidus satagebat. vt qd̄ sensu p̄cepit ope p̄laret.
fuit in lege doctissim⁹. corpore mundus. animo prudēs in soluendis questio
nibus sacre scripture expertus. in cōsilio prudus. in seminacōne vbi rei expedit
tus. Ad racōnes in oppositū. Ad primā respōdetur. negādo p̄sequentia. Et rō
est qz q̄ fors sup̄ eum caceret merito virtutū suaz fuit. Hec exemplo vt sit.
Hieronim⁹. est sortibus vtendū. qz p̄uilegia paucoꝝ cōmūne legem non faci
unt. Preterea tūc t̄pis donec veritas esset p̄palata licuit obseruare sortes vt
dicit Heda. Cleri em̄ hostia in passione fuit immolata. sed in penthecostē cō
summata. Et ite in electione Adathie sortib⁹ vsi sunt. ne a lege discrepant
in q̄ summus sacerdos sorte q̄rebat. Post penthecostem vero iam veritate p̄
palata. septē diaconos non sorte sed discipuloꝝ electōne apostoloꝝ vō oracō
ne et manus impositione ordinati sunt. Quomodo autē fuerunt h̄mōi sortes.
duo sunt modi dicendi Hieronim⁹ et Heda volunt q̄ hec sortes tales fuerit.
quales ille quaz in lege veteri creberim⁹ vsus erat. Dionisi⁹ autem qui fuit
pauli discipuli. irreligiosum existimauit hoc arbitrari. asserens sibi videri q̄
fors illa nihil aliud fuit nisi quidā splendor et radius diuinitus. sup̄ mathiam
emissus per quem ip̄e ostendebat in apostolū assumendus. Ad secundā respō
det. negando p̄sequentia. Et racō est qz licet caritas sit principalis radix me
riti. p̄ alias tñ virtutes in q̄ntum sunt informate caritate quis meretur. Vnde
Augustinus libro de trinitate. Humilitatis passibus ad celi culmina ascen
ditur. quia deus excelsus non sup̄bia sed humilitate attingit.

Ad secundā questione sic proceditur. Et videtur q̄ sanctus
mathias n̄ nouit filiū dei ex p̄nti euāgelio. vbi dicit̄. q̄ nemo nouit filiū nisi p̄ In
oppositū arguit. Quia sanctus mathias fuit primo vn⁹ de septuaginta duob⁹
discipulis. et ita nouit magistrum suum filium dei incarnatum. Preterea sa
ctus apostolus ductus in conciliū facta longa in disputatione contra summum
pontificem ipsum alloquentem. et ip̄e per legem ac p̄phetas ostendebat mani
feste que de christo erant protestans se seruū eius et in ipsum credere. et ita no
uit eum. Preterea Cum sit beatus iam in prima positus et beatitudo san
ctoꝝ p̄sistat ei⁹ visione fm̄ illud Job. xvi. Hec est vita eterna vt cognoscat te